## ARCHIVIO CAPITOLARE DI MODENA

# Il *Responsorium* di San Gregorio Taumaturgo



ORAZIONE
A
RIO TAUMATURGO.

RESPONSORIUM.

ACcurrite Gentes, venite Fideles,
Et mira Gregorii audite, cantate.
Si vultis prodigia, Dœmones fugiunt,
Mortui reſurgunt, Odia fugantur.
Immobiles Montes, ingentia Saxa
Ejus imperio cedunt, & ambulant.
Pereunt Procellæ, Peſtis, & Languores,
Narrent Deſperati, dicant Deſtituti.
Immobiles Montes &c.
Gloria Patri &c.
Immobiles Montes &c.
O Gloria Ponti, & Urbis Patriæ *
Quin Orbis integri Grande Præſidium.
Da, Gregori, robur, Fer, Præſul, auxilium,
Ut Cœleſti Regno, Te Duce fruamur.
℣. Ora pro nobis B. Gregori.
℟. Ut digni efficiamur &c.

OREMUS.

PRæſta quæſumus, omnipotens Deus, ut de præceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente Beato Gregorio Confeſſore tuo, atque Pontifice, beneficia potiora ſumamus. Per Dominum noſtrum &c.

* *Neocæſareæ.*

Ritaglio (sec. XIX) con raffigurazione dell'apparizione della Vergine e di San Giovanni Evangelista a San Gregorio Taumaturgo; a lato dell'immagine, responsorio ritmico e orazione - Archivio capitolare di Modena, fondo "Miscellanea", filza 80, lettera H.